

ΠΩΛΗΣΗ ΟΙΚΙΑΣ ΣΤΗΝ ΠΕΡΙΟΧΗ ΤΟΥ ΠΕΡΑ

Πέρα, 1281, 5 Σεπτεμβρίου

«Ego Dondedeus de Imola vendo cedo et trado tibi Cali Greche, uxori Theodori de Clarencia, domum unam positam in Peira super terram communis Janue, cui coheret antea via, retro murus ecclesie Sancte Elene, ab uno latere domus Guillelmi Januensis et ab alio domus tui dicte Cali, cum omnibus suis iuribus, racionibus, accionibus, ingressibus et exitibus, ad habendum, tenendum et quicquid volueris faciendum, tu et heredes tui et ille vel illi cui vel quibus ipsam vendideris vel habere statueris iure proprietario et titulo empcionis, finito precio iperperorum trium auri de sagio quos poinde a te habuisse et recepisse confiteor et de quibus me a te bene quietum et solutum voco, abrenuncians etc ... et dominium dicte domus tibi confiteor corporaliter tradidisse, constituens me ipsam tuo nomine et precario possidere quam diu ipsam possendero, dans tibi licentiam apprehendendi corporaliter posse de ea quemcumque volueris tua autoritate et sine alicui magistratus decreto, quam vero domum cum omnibus suis iuribus promitto tibi de cetero dimittere et non auffere sed potius ipsam ab omni impediendi tibi deffenderre, disbrigarte et expedire, meis propriis expensis promitto, remissa tibi necessitate denunciandi, preter quam a Domino Imperatore Romanorum et commune Januensium etc. ...

Actum in Peira ante Constantinopolim, sub logia Januensium anno Dominice Nativitatis MCCLXXXI^o indictione VIII^a die V^a Septembris inter nonam et vespas.

Testes: Galianus placentis, Jacobus Lucensis et Octacius de Canellis»⁶⁵.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ

ΠΩΛΗΣΗ ΑΟΥΛΟΥ

Καφφάς, 1289, 30 Μαΐου

«In nomine Domini amen. Ego Theodorus Romeus de Calamita, filius Gso relici de Calamita confiteor tibi Michaeli de Portuvenere me tibi vendidisse slavum unum ungalum nominatum Paulus, etatis annorum triginta vel circa, cum omni juri servitutis, precio asperorum centum triginta bartchatorum, quos a te habuisse et recepisse propterea confiteor, et de quibus me a te bene quietum et soluptum voco, renunciens exceptioni non habitorum et non receptorum aspetorum centum triginta et omni juri et si plus valet dicto precio, illud plus tibi dono et remitto, mera et pura inrevocabili donacione inter vivos, sciens veram extimacionem ipsius, abrenuncians legi decepcionis dupli ultra dimidiam iusti precii, quem sclavum promitto tibi legitime deffendere et expedire in iudicio et extra etc. Alioquin penam dupli de quanto et quoniens nunc valet ... tibi stipulandi promitto.

Actum in Caffa, in logia Januensium, anno Dominice Nativitatis millesimo ducentesimo octuogesimo nono, indictione prima, die trigesima madii inter primam et terciam, presentibus testibus Rubaldo Anioino et Oberto Bartholomei notario»⁶⁶.

46

1289-1290. Νοταριακό πρωτόκολλο. Καφφάς [λ].

65. αρ. 118.

66. αρ. 194.



M. B a l a r d (ed.), *Gênes et l'Outre-mer*, τ. I: *Les actes de Caffa du notaire Lamberto di Sambuceto, 1289-1290*, Paris-La Haye 1973, σ. 70, αρ. 18· σσ. 134-177, αρ. 354-435· σσ. 204-379, αρ. 572-903⁶⁷.

ΜΙΣΘΩΣΗ ΥΠΗΡΕΣΙΩΝ

Καφφάς, 1290, 13 Ιουλίου

«In nomine domini amen. Ego Georgius, filius Coroli Dormendro, grechus, confiteor tibi Georgio Soriano stare tecum, pro servicio tuo, hinc usque ad annum unum proxime venturum, et tibi facere omnia servicia michi possibilia tam in domo quam extra, que tibi placuerint, pertinencia ad servitorem, et te et tua quantum michi poterit et balia pervenerit, salvare et custodire, bona fide et sine fraude, te michi dante et solvente, pro mercede sive fatica mea, pro dicto anno, asperos septuaginta barichatos, bonos et expendibiles de Caffa, et ultra michi prestante alimenta, videlicet victus, promittens tibi a dictis serviciis non discedere, hinc usque ad dictum tempus, sive dictum terminum complementum. Versa vice et ego dictus Georgius promitto et convenio tibi tenere in dicta domo mea, et tibi dare et prestare victum, [[secundum]] convenibiliter, secundum facultatem et condicionem meam, usque ad dictum terminum, sanum et infirmum, non faciendo tibi injuriam sive superpositam, et tibi facere integram solutionem et satisfacionem de dicta fatica, sive mercede tua modo et forma ut superius dictum est. Que omnia et singula sub pena asperorum quingentorum, inter eas solemniter stipulata et promissa, ratis manentibus omnibus pro quibus accendendis duo vero instrumenta.

Actum in Caffa, in domo dicti Georgii Soriani, anno dominice nativitatis. M^o CC^o LXXXIX, indictione II, die XIII julii, circa vespere, presentibus testibus Symone de Albario, Johanno de Quinto et Petro de sancto Panerazio»⁶⁸.

47

1289-1293. Νοταριακό πρωτόκολλο. Κορώνη [λ].

A. L o m b a r d o (ed.), *Pasquale Longo. Notaio in Corone, 1289-1293*, Venezia 1951, σσ. 9-92, αρ. 1-116.

ΑΠΟΔΕΙΞΗ ΕΞΟΦΛΗΣΗΣ ΠΡΟΙΚΑΣ

Κορώνη, 1291, 2 Ιανουαρίου

«Millesimo ducentesimo nonagesimo, mense ianuarii, die secundo, indictione quarta, Corone. Plenam et irrevocabilem securitatem facio ego Nicolaus de Pavia habitator

67. Πράξεις του ίδιου νοταρίου έχουν δημοσιευτεί και στο: C. Desimoni, «Actes passés à Famagouste de 1299 à 1301 par devant le notaire génois Lamberto di Sambuceto», *AOL* 2 (1884), 3-120· του ίδιου, «Actes passés à Famagouste de 1299 à 1301 par devant le notaire génois Lamberto di Sambuceto», *ROL* 1 (1893), 58-139, 275-312, 321-353· του ίδιου, «Notes et observations sur les actes du notaire génois Lamberto di Sambuceto», *ROL* 2 (1894), 1-34, 216-234. Πρβλ. σχετ. λήμμα 52, 54 και 56 του παρόντος.

68. σ. 292, αρ. 741.